uidenſ manifeſtatio conteſtantiſ dei ſeceſſionem diuinitatiſ et corporiſ. Sic
enim habeſ. Clamauit inquit ihesus uoce magna diceſ. Deus deus meus reſpice in me.
quare me dereliquiſti. Clamauit homo diuinitatiſ ſeparatione moritu
ruſ. Nam cum diuinitaſ mortiſ libera ſit. utique morſ eſſe non poterat. niſi
uita diſcederet. quia uita diuinitaſ eſt. Iam quod ſecuntur oſtendunt. quod propter
impietatem hominum finiſ ſeculi ſit futuruſ. Itaque ſignificatur per domini paſ
ſionem occaſura preſentia. ut oriantur futura. Tenebre quoque offuſe
ſunt oculiſ perfidorum. ut fidei lumen refulgeret. Sol occidit ſacrilegiſ uiſ re
fugit. ut funeſti ſpectaculum ſceleriſ obumbraret. Petre fiſſe ſunt.
ut per prerupta ſaxorum oſtenderetur futurum. quo ubi uiſ pectorum dura
penetraret. quo faciliuſ ex cauiſ petrarum illi uenatoreſ quoſ ieremiaſ
predixit domino uenarentur. Monumentorum autem reſeratio quid aliud niſi clau
ſtriſ mortiſ effractiſ reſurrectionem ſignificat mortuorum. quorum in
aſpectu fideſ in proceſſu typuſ. quod in ſanctam prodeundo ciuitatem pre
ſentium ſpeciem declarabat. in illa ieruſalem quę in cęlo eſt futurum penne
diuiſorium reſurgentium. Etiam uelum ſcinditur. quo uel duorum populorum diuiſio
uel myſteriorum ſynagogę profanatio declaratur. Scinditur quoque uelum ue
tuſ. ut eccleſia noua fidei ſuę uela ſuſpendat. Synagogę uelamen au
fertur. ut religioniſ interna myſteria reuelato intuituſ cernamuſ obtutu.
Denique iam et centurio dei filium quem crucifixerat confitetur. O duriora
ſaxiſ pectora iudeorum. finduntur petrę. ſed horum corda durantur. Iudex
arguit. credit miniſter. proditorum ſceluſ ſuum uoluntaria morte
condemnat. elementa fugiunt. terra concutitur. monumenta reſerantur. iude
orum tamen immobiliſ duritia manet orbe concuſſo. CV.

Vbi matrem commendat iohanni.

STABANT autem mulierеſ hęc uidenteſ. ſtabat et mater cum
ſtudio pietatiſ. que ſua pericula preferret. ſed et dominuſ ſuſpenſuſ
in cruce. qui ſua pericula pro pena contemneret. pio matrem
commendabat affectu. Quod non ocioſe iohanneſ pluribuſ eſt proſecutuſ. Alii enim
mundum deſcripſere concuſſum. cęlum tenebriſ obductum. refugiſſe
ſolem addiderunt. matheuſ et marcuſ. qui humana atque mortalia ube